

Syntheses pharmaceuticae et chymicae / [C.-L. Cadet de Gassicourt].

Contributors

Cadet de Gassicourt, C.-L. (Charles-Louis), 1769-1821.

Publication/Creation

Paris : [Couturier], [1822]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/c2ggwb3u>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

2.

SYNTHESES
PHARMACEUTICÆ ET CHYMICÆ,
A PROFESSORIBUS
TUM FACULTATIS MEDICÆ,
TUM SCHOLÆ PHARMACEUTICÆ;
DESIGNATÆ ET PUBLICÈ EXPONENDÆ.



PARISIIS,

È Typis COUTURIER, Scholæ Pharmaceuticæ Typographi,
viâ Montis Sanctæ Genovefæ, N°. 29.

M. DCCC. XXII.

PROFESSORES FACULTATIS MEDICÆ.

CHAUSSIER.

ORFILA.

PRÆFECTI SCHOLÆ PHARMACEUTICÆ.

VAUQUELIN.

LAUGIER.

CHERADAME.

PROFESSORES EJUSDEM SCHOLÆ.

BOUILLON-LAGRANGE . . . }
HENRY } pro Chymiâ.

NACHET }
BOURIAT } pro Pharmaciâ.

ROBIQUET }
PELLETIER } pro Historiâ Naturali.

GUIART }
CLARION } pro Botanicâ.



S Y N T H E S E S
PHARMACEUTICÆ ET CHYMICÆ,
A PROFESSORIBUS
TUM FACULTATIS MEDICÆ,
TUM SCHOLÆ PHARMACEUTICÆ,
DESIGNATÆ ET PUBLICÈ EXPONENDÆ.

SYRUPUS DE CAPRIFOLIO.

(*Caprifolium Germanicum.*)

~~~~~

℞. Corollarum Caprifolii recentium libras quatuor, vel . . . . . 2,000  
Congerantur in vas stanneum capax et profundum ; affunde  
Aquæ ferventis libras octo, vel. . . . . 4,000  
Infundantur in vase cooperto per duodecim horas.  
Cola cum levi expressione, et colatus liquor, post aliquot horas, positis  
fæcibus decapuletur.  
Huic in vase stanneo adde Sacchari albi optimi duplum.  
Fiat Syrupus sub balnei maris calore perficiendus.

---

PASTILLI DE MENTHÆ PIPERITA.

~~~~~

℞. Sacchari albissimi uncias duas, vel 64
Aquæ Menthæ fragrantissimæ uncias duas, vel 64
Coque, secundum artem, ad Electuarii mollioris densitatem, in
pultario manubriato et in acumen rostrato.

Interea ,

- ℞. Sacchari albiſſimi in pulverem craſſiorem contriti, excluſo
per cribrum pollinarium quod in pulvere ſubtilius eſt ,
uncias quatuor, vel 125
Olei volatilis de Mentâ Piperitâ drachmam ſemis, vel 2

Ex quibus accuratiſſimè mixtis fiat Elæo-Saccharum, quod ſaccharo priùs decocto, adhuc calenti, ſpatulâ argenteâ diligenter admiſceatur; illicò tunc et expeditè per acumen pultarii, veruculo juvante, liquida adhucdùm materies ſupra nitidum marmor, vel in chartam ſupra marmor extenſam, guttatim effundetur. Refrigeratæ et concretæ guttulæ, ſuper incerniculum diſponantur, et ſub remiſſo caloris gradu, per aliquot horas ſiccari pergant.

Sic habebuntur Paſtilli de Mentâ Piperitâ, loco ſicco ſervandi.

EXTRACTUM ABSINTHII.

(*Artemisia Absinthium.*)

- ℞. Summitatum Abſinthii majoris ſiccatarum *quantùm opus eſt.*
Infunde per quatuor et viginti horas in aquæ bullientis. *quod ſufficit.*
Dein cola. Colatus liquor vaporet leni igne, ut in Extractum conſiſtat.

ELECTUARIUM DENTIFRICIUM.

- ℞. Corallii rubri (*Isis Nobilis*) præparati uncias quatuor, vel 125
Oſſis Sepiæ (*Sepia officinalis*) in tenuiſſimum pulverem triti
unciam unam, vel 32
Cinnamomi (*Laurus Cinnamomum*) in pulverem triti unciam
unam, vel 32
Coccinellæ (*Coccus Cacti*) in tenuiſſimum pulverem tritæ
unciam ſemis, vel 16
Mellis Narbonenſis uncias decem, vel 320
Aluminis in pulverem triti drachmam ſemis, vel 2

Tere diù in mortario marmoreo Coccinellam et Alumen, cum parvâ quantitate Aquæ communis, usquè dùm eliciatur color purpureus.

Tùm adde paulatim Mel et alios pulveres, et erit Electuarium, Oleis volatilibus inodorandum variis. Drachma una Electuarii satis inodorabitur olei guttâ unâ.

VINUM ANTI-SCORBUTICUM.

℞. Radicum recentium et minutim concisarum Cochleariæ Armo-	
raciæ unciam unam, vel	52
Foliorum recentium Cochleariæ officinalis unciam semis, vel .	16
Nasturtii aquatici unciam semis, vel . .	16
Menyanthis trifoliatæ unciam semis, vel .	16
Seminum Sinapi non contusorum unciam semis, vel . . .	16
Hydrochloratis Ammoniae drachmas duas, vel	8
Vini albi generosi libras duas, vel	1,000
Macerentur omnia vase clauso, identidem agitando, per triginta sex horas: dein cola cum levi expressione et per chartam trajice.	
Adde Alcoolati de Cochleariâ unciam semis, vel	16
Ratio radicum, foliorum et seminum ad Vinum erit circiter, ut 1 ad 10 ,4	

ADEPS NITRATE HYDRARGYRI MEDICATUS,

VULGÒ UNGUENTUM CITRINUM AD SCABIEM.

℞. Hydrargyri purissimi	64
Acidi Nitrici puri (52 ^g)	96
Peractâ Mercurii dissolutione et refrigerato liquore,	
℞. Adipis Suilli repurgati et liquefacti	1,000
Tere in vase figulino paulatim affundendo liquorem nitratis Hydrargyri suprà dictum. Simul ac erunt omnia commixta, materiam adhucdùm liquidam divide in formas chartaceas, in quibus paulò post indurescet in tabellas, et erit Unguentum in quo Nitratis Mercurii ratio ad summam erit ut 1 ad 7,25.	

EMPLASTRUM CUM GUMMI-RESINIS,

Dictum DIACHYLUM GUMMATUM.

R̄. Emplastri simplicis	1,600
Ceræ Citrinæ	96
Picis albæ	96
Terebinthinæ	96
Liquefiant hæc primùm modico igne, tum	
R̄. Gummi-Resinarum Ammoniacy	32
Bdellii	32
Galbani	32
Sagapeni	52

Solvantur in

Alcoolis (10 = 20 B^é) *sufficienti quantitate.*

Et vaporent in mellis spissitudinem, ac deindè liquato Emplastro accuratè admisceantur : Gummi-Resinarum ratio erit ad massam Emplastri ferè ut 1 ad 19.

ÆTHER SULFURICUS.

R̄. Alcoolis (26 = 56 B ^é)	} ana 5,000
Acidi Sulfurici (66 ^g)	

Excipiatur primùm Alcohol retortâ vitreâ, in quam superiùs pateat os tubulatum ; per hoc infundatur acidum, et agitando permisceatur Alcoholi. Tum retorta arenæ imponatur calenti; rostrumque ipsius producatnr addito tubo vitreo, longo, cui aptetur, juncturis probè consertis, vas sphæricum, amplum, cujus ima pars aquæ immergatur perpetuò frigidæ; ex hoc autem, per ostium tubulatum, infrâ liquori stillanti pateat exitus in excipula, aut lagunculas, progrediente destillatione commutanda. Ori autem retortæ tubulato inserendum est infundibulum duplici instructum epistomio, infundibulique os inferius non procul absit à retortæ fundo.

His ità dispositis, ignem arenæ submittito, quo citiùs in retortâ bulliant mixti liquores. Liquor in excipula stillabit, cujus ubi quantitas 1,000 æquaverit, pari ratione sufficiatur novus Alcool in illius locum qui priùs Ætheris formâ stillando decesserit; idque repetitis fiat vicibus, donec æqua priori Alcoolis quantitas, scilicet 5,000 adjecta sit. Quod ubi absolutum erit, destillare pergat liquor æthereus donec in excipula 7,500 transierint.

Hâc arte confectus Æther purior evadet si aliquantulum potassæ liquidæ ipsi agitando commiscueris, et deindè balnei maris calore destillare curaveris. Quæ primò prodibit tertia totius pars, scilicet 2,500, Æther erit purissimus, cujus erit nota $46 = 56 B^{\circ}$, densitas autem æquabit 758.

NITRAS ARGENTI IN CRYSTALLOS CONCRETUS.

R. Argenti purissimi 120

Exceptum vase vitreo, vel porcellaneo dissolve in Acidi Nitrici purissimi (55°) 240

Vaporet liquor igne leni, ad quartæ partis consumptionem.

Sepone ut Crystalli concrecant.

Quod superest liquidum vaporet iterùm et seponatur; et sic pergas, donec quidquid Crystallorum haberi potest concreverit.

ACETAS POTASSÆ,

OLIM TERRA FOLIATA TARTARI.

(N. R. *Acetas Potassii.*)

R. Sub-Carbonatis Potassæ *quantùm opus erit.*

Injiciatur per vices in Aceti stillatitii, vel Acidi Acetici, quantùm sufficit ad plenam sub-carbonatis saturationem; cola.


Vaporet liquor in Argenteo caldario ; et ubi dodrans pars circiter vaporaverit , frigescat quod superest , positoque sedimento inutili , transfusus latex denuò incalescat , et addito etiamnùm Acido Acetico aliquantulo , vaporet demùm ad siccitatem , assiduè agitando.


Sal sic paratum in lagunculam ritè obturatam congeratur , et servetur ad usum.



Primò selectis , ut artis est , et publicè expositis materiis suprà dictis , die Sabbati primâ mensis Junii anni 1822 , horâ undecimâ matutinâ , Historiam Naturalem , et omnia quæ ad praxim pertinent , enarrare ac demonstrare tentabit CAROLUS-LUDOVICUS-FELIX CADET-DE-GASSICOURT , Lutetiæ natus.

Dein ad illarum Synthesium operationes exequendas , diebus subsequentibus , manum et industriam admovebit. Tandem confectas et perfectissimas Professorum oculis et examini subjiciet , die Martis quartâ eorundem mensis et anni , eâdemque horâ matutinâ , in Scholis Pharmaceuticis , viâ vulgò dictâ de l'Arbalète.





A Monsieur le PROFESSEUR NACHET.

MON TRÈS - CHER ET SAVANT MAÎTRE,

LE texte des Synthèses pharmaceutiques n'est que la copie littérale d'un certain nombre de formules du *Codex* ; en me permettant de vous adresser un pareil hommage , vous échangez donc contre rien une véritable faveur. J'en sens d'autant mieux le prix , qu'elle m'offre l'occasion d'exprimer publiquement combien je vous suis redevable. Au moment encore récent où le meilleur des pères venait de m'être ravi par une mort aussi cruelle que prématurée , l'Ecole de Pharmacie , tendant une main bienveillante à mon malheur , vous désigna pour me tenir lieu de ce père à jamais regretté. Avec quel zèle , avec quelle bonté touchante vous vous êtes acquitté de cette mission ! Combien vous m'avez prodigué de sages conseils , d'utiles instructions , de soins vraiment paternels ! Ma famille , et les amis véritables que mon excellent père m'a légués , se joindront à moi pour vous en témoigner une reconnaissance à jamais gravée dans mon cœur ; mais c'est au fond du vôtre , que vous trouvez , je le sais , votre plus douce récompense !

Puissiez-vous , mon très-cher et savant Maître , pour l'honneur de la science , pour le bonheur de ceux qui la cultivent , entendre long-tems encore de nombreux élèves vous adresser l'assurance de sentimens de gratitude et d'attachement aussi vifs , aussi profonds , aussi sincères que le seront toujours ceux

de votre respectueux Elève et Ami ,

F. CADET - DE - GASSICOURT.

A Monsieur le Professeur NACHET.

Mon très-cher et savant Maître,

Le texte des Synthèses pharmaceutiques n'est que la copie littérale d'un certain nombre de formules du Code, en me permettant de vous adresser un petit hommage, vous échangez donc contre rien une véritable faveur. Les gens d'état m'ont le prix, quelle autre location d'ouvrage peut-être, car je vous suis redevable. Au moment où je vous envoie ce petit livre, je m'efforce de vous offrir de ma part une petite œuvre de préface, l'école de l'apothicaire, tenant que vous êtes intéressés à son succès, vous désirez pour le tenir bon de ce livre à jamais respecté. Avec quel espoir, avec quelle fièvre tous les jours des esprits de cette mission ! Combien vous m'avez prodigué de sages conseils, d'utiles instructions, de soins vraiment paternels ! La famille, et les amis véritables que mon excellent père m'a légués, se joignent à moi pour vous en témoigner une reconnaissance à jamais gravée dans mon cœur ; mais quel est le fond de votre, que vous trouvez, je le sais, votre plus digne répondant !

Permettez-moi, mon très-cher et savant Maître, pour l'honneur de la science, pour le bonheur de ceux qui la cultivent, continuez-les encore de nombreux et très utiles ouvrages, l'assurance de reconnaissance de gratitude et d'attachement aussi vifs, aussi profonds, aussi sincères que le seront toujours ceux

de votre respectueux élève et ami,

E. GABET-DE-GASSIGNOULT.